

David ex consilio domini ascendit cum suis in Ebron: ibique in adolescentia sua in regem electus unctusque per Samuelum solum super tribum iuda. Et hysboseth filius saulis operante abner auctore ei: factus est rex super alias. xi. tribus israel: quae regnavit duobus annis. Congregatis autem exercitu dauid sub Joab principe exercitus eius et abner principe exercitus hysboseth ex communi assensu. xij. ex una parte. et. xij. ex alia luctauerunt adinvicem: et alter alterum occidit uno actu fugientibusque his qui erant cum abner. asael germanus Joab persequens abner nolensque ad preces eius ommittere persecutionem: demum fuit percussus asael ab abner in inguine aversa hasta. et mortuus est. Longa igitur contentio facta inter domum Saul et domum dauid. David proficiens et semper seipso robustior. Dominus autem Saulis decrevisses quotidianum. Nati sunt autem dauid in Ebron primogenitus amon: secundus cheliab Tertius absalon. Quartus adomas. et alij de pluribus uxoribus. Abner autem qui regebat domum hysboseth redarguitur ab eo. quia cognoverat concubinam saul. indignatus contra eum accessit ad dauid et promisit ei populum totum israel reducere ad subiectionem eius. Quod cum tractare disponderet reducta uxore dauid. scilicet michol ad eum Joab proditorie occidit ipsum abner in ultione fratris sui asabel: quod dauid displicuit: et fecit eum honorabiliter sepeliri associatis cadaver cum suis. lugens et ieiunans pro morte illius.



Hic dauid quasi stupor quidam in humano genere relucet in quo nunquam debet similes conenerunt. tanta sublimitas et humilitas tanta. tanta firmitas ac tanta mititas: tam grandis secularium cura. Tam pura et devota spiritualium contemplatio. tot homines pungere. totque lacrimas effundere. In tanta cadere peccata. et tale agere penitentiam. Nati sunt et filij in hierusalem. Salma Sabab Matha Salomon ex Bersabea uxore vrie. et alij novem absque filiis concubinarum. Hic denique regno in pace adeptus contra legem Moysi (qua precipitur non dinumerandum esse populum) precepit Joab principi militie sue ut dinumeraret uniuersum populum. Et censu habito. inuenit millemilia et centum milia virorum edulcentium gladium. et de tribu iuda solum quadringenta et septuaginta milia bellatorum. Displicuit autem deo quod populum decensusset. et percussit israel pestilentie plaga. ex qua ad septuaginta milia de omni israel cecidisse referuntur.

Isti tres prophetabant tempore dauid. Nathan vero fuit filius fratris dauid. et adoptivus ysay.



Filij dauid in hierusalem nati

